

A N N O T A T I O N E S

- Infr. c. 5.** peccat ex malitia, vel ad mortem, ut infra dicitur: alioqui non maneret in Christo. Huc etiam pertinet torum caput sextum Epistola ad Romanos, ubi Paulus aperte docet, quomodo manens in Christo non peccet: Ne scitis, inquit, quod oes qui in Christo baptizati sumus, in mortem ipsius baptizati sumus, &c. **Omnis autem qui peccat, nec vidit, nec cognovit eum,** Etiam hoc uerbum intelligendum est de eo, qui non ex ignorantia vel infirmitate, sed ex malitia peccat, atque adeo in peccatis se oblectat, ac latetatur cum maleficerit, exultatque in rebus pessimis. **Hic n. certo Christu nec uidit nec cognovit, hoc est, nec fidem nec cognitionem uiuam Christi habet nihilque plane intelligit ne negotio Christi.** Nā si uel in minimo intelligeret, quāta dignitas sit filium Dei esse, è diuerso autem quam horrendum, Diabolo addictum esse, nō se fineret à tam pio patre ad tantum tyrannum, itemque à tanta felicitate in tantam miseriam petrahi. Verisime igitur dicitur: **Omnis qui peccat, nec vidit, nec cognovit Christu.** Quod si Christum non cognoscit, nec Deum cognoscit. Patrem, n. nemo videt, nisi filius, & cui voluerit filius revelare. Qui autē Deum non cognoscit, fidem non habet. Nam fide uidetur & cognoscitur Deus, pro statu isto: **Fide n. am bulamus non in specie.** Qui autē fidem nō habet, ethnicus & paganus est. Vides quo alterum ex altero consequatur. Attendant hoc qui de fide & cognitione Christi in immensum gloriantur, interim tamen omnibus vitiis sese commaculant, idque citra ullam conscientiam & timorem Dei. Omnes, n. hos Iohannes hoc verbo mendacii conuincit, & mendaces esse probat. Sequitur: **Filioli, nemo nos seducat.** Congruae exhortationem adiungit, idque uerbis & affectu & amore ipsius indicantibus, ut eo fortius persuade, ne seduci nos si namus. Magni, n. periculi res est, in his quę salutis sunt seduci, vel a viae veritatis abduci. Ideo etiā Christus apostolis in clamat: **Videte ne seducamini.** Et Paulus: **Nemo vos decipiat inanibus verbis.** Observa, quod quidam pro eo qd nos legimus: **Nemo vos seducat, quasi a solis nominibus care re debeamus, legunt.** Nihil vos seducat. Nō, n. homines tñ, veruetia & daemones, & mundus, & caro nos seducere possunt. Vult igitur, vt ex oī parte caute ambulemus, &c. **Qui facit iniusticię, justus est, sicut & ille iniustus est.** Hic tandem summa totius negotii ponit. Nō uerba, inquit, sed opa exigit Deus, nō qui